

[Accueil](#)
[Revenir à l'accueil](#)
[Collection *Mythologiae libri decem*, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)
[Collection *Mythologia*, Venise, 1567 - Livre I](#)
[Item *Mythologia*, Venise, 1567 - I, 09 : Quo pacto Dii antiquorum fuerint sempiterni](#)

Mythologia, Venise, 1567 - I, 09 : Quo pacto Dii antiquorum fuerint sempiterni

Auteur(s) : Conti, Natale

","author_name_items":"Auteur(s)","author_size_items":"16px","title_size_items":"16 px"}}, new UV.URLDataProvider(); /* uvElement.on("created", function(obj) { console.log('parsed metadata', uvElement.extension.helper.manifest.getMetadata()); console.log('raw jsonld', uvElement.extension.helper.manifest._jsonld); }); */ }, false);

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre I

[Mythologia, Francfort, 1581 - I, 09 : Quo pacto Dii antiquorum fuerint sempiterni](#)
est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre I

[Mythologie, Paris, 1627 - I, 09 : Comme quoy les Dieux des Anciens ont esté éternels](#)
est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre I

[Mythologie, Lyon, 1612 - I, 09 : Comment les Dieux des anciens ont esté éternels](#)
est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice
Équipe Mythologia
Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Mythologiae.

contentionibus sit plenum, cum multò sint mortalibus miseriores, cum eos & dormire dixerint poetæ, & potionibus atque coniunctis indulgere, & Veneris stimulis mirificè exagitari. Quis enim nesciat somnum & epulas esse ob corporis debilitatem, cu ille ad labores corpus reficiat, hæ ad naturæ vim conseruandam requirantur? Inde effectum est ut Alexander Macedo se Deū esse adulatoribus praedictibus responderit, se longe diversa a diuina natura experiri cum & somnum, & Veneris titillationes sentiat. Quod si horū Deorum natura deficiente nutrimento deficeret, & ad libidinem illi incitan tur, qui possunt nō esse mortales, aut qui potest eorum genus nisi reparetur, non deficeret? Non sunt igitur Dii illi antiquorum, sed fabulæ illæ partim naturæ res occultas habent, partim mores informant, partim sunt inania vulgi figmenta, ut dicebamus.

Quæ patet Dei antiquorum facies sempiterni. Cap. I.X.

Atque ut pateat vera esse illa, que dicta sunt hactenus de Deorum antiquum mortalitate, quid de Ioue ipso principe omnium Deorum scriptum fuerit à poetis consideremus, quem modo patrem, modo Regem omnium Deorum vocarunt, sicuti Homerus in primo odyssæ,

Hos ita compellat hominum pater, atque Deorum modo sempiternum, ut Virgilius lib. 1. Aeneidos in his significauit;

o qui res hominumque Deumque
Aeternis regis imperiis, & fulmine terres.
& Orpheus in hymnis;

Iupiter o venerande, Iupiter sempiternæ,
quem cundem facit rerum omnium autorem, ut ex his patet;
Iupiter alme tuo sunt omnia munere nata.
Diva parens Tellus, præcelso vertice montes,
Et maria, & quidquid cœlum complectitur altum.

Hunc tamen sempiternum Iouem, & rerum omnium autorem, Virgilius in Dictro monie Cretæ nutritum existimauit, quem etiam ab apibus educatum fuisse scribit lib. 4. Georgicorum, ut patet in his carminibus;

Nunc age, naturas apibus quas Iupiter ipse
Addidit, expediam: pro qua mercede canores
Curetum sonitus, crepitantiaque æra secutæ,
Dictro cœli Regem pauere sub antro.

Sed illud magis mirum fortasse videbitur, quod neque tamen certum est ubi educatus fuerit hic præclarus & illustris antiquorum deorū pater. Melissenii enim apud se natum & educatum fuisse Iouem contendebant, culus osq[ue] debant apud se incunabula, & à Neda Ithomeque nutricibus, & à Curetibus seruatum fuisse affirmabant, ut ait Pausanias in rebus Melisseniacis. Hæc ipsam de Iouis ortu contentionem ita attigit Callimachus in hymnis;

quæ, ex p[ro]p[ri]etate eius, ὑπερισπαστούσι.

Iupiter Idaezi ait te in montibus occum,
Iupiter Arcadicis: utri sunt falsa locuti?

Quod si nutricum varietate perspiciamus, si modo vera est sententia Aethili medici clarissimi, quod ingenium & mores nutricum in lacte referuntur, nonne fera potius Iupiter quam homo videbitur, qui tot brutorum lac fuerit? qui truculentissimas feras habuerit nutrices? qui ab apibus, & capris, ab ursis fuerit educatus? atque quod capite lac hauserit, ita Ouidius in tertio flororum libro ait;

Oleniz surget sydus pluviale capelle,

Qua fuit in tunis officiosa Louis.

Hanc Louis capram ideitico nominauit Aratus in Phenomenis, ut eis in eo carmine;

Δέλιος οὐρανός τε περικάλυψεν.

Oleniam, capramque Louis dixere poetæ.

Atque de ursis, cuius lac Iupiter luxerit, ita meminit idem Aratus in his;

Αἴρεται, οὐρανός τε περικάλυψεν.

Αἴρεται καρδιά μητέρας αὐτοῦ θυμούτης.

Αἴλιθος αὖτε οὐρανός φέρεται,

Γενεῖται δέ μητρες τηρηματας: οὐ γενεῖται

γενεῖται, καὶ τοῦτο διότι μητέρας οὐ τετελε-

τετελεται θυμούτης, οὐτε τετελεταιρίτης.

Aīrētai οὐρανός θυμούτης ιδαῖος.

Αἴρεται οὐρανός, οὐτε τετελεταιρίτης.

Αἴρεται οὐρανός θυμούτης ιδαῖος.

Vixi vertuntur, quas dicunt nomine Plastrum.

Alterne quarum semper caput ilia tangit:

Inque humeros vestrum, his pronis illæ visque feruntur.

E Creta, si vera ferunt, condescendere cœlum

Confilio metuere Louis: quia cum puer esset

Dicto in odorifero vicino collibus Idæ

Deposuere Louem, quem nuttiuere per annum.

Fallere Saturnum Curetes cum posuerent.

Hunc ipsum Louem, quem Hesiodus in Theogonia hominum patrem atque Deorum appellauit, mortuum ac sepultum fuisse apud Cretenses sermo vulgatus fuit; quamvis eam famam conatur frustra Callimachus refellere, ut patet in his carminibus;

αἴρεται οὐρανός, οὐτε τετελεταιρίτης.

αἴρεται οὐρανός, οὐτε τετελεταιρίτης.

tuum Rex magne sepulchrum

Crete struxerunt: es semper, viuis & visque.

Quod si fatorum necessitatibus subiiciebatur, uti tellatur Aeschylus in Prometheus ita inquiens;

τη. Μηδαίη πλευρής οὐρανού τ' εγένετο.

χρ. τοντος λεπτων διατομης δε διατησα.

Prom. Parce trifomes, & memores Erinnyes:

Chor. His ergo cunctis Iupiter imponentior.

Quo pacto Deus, & pater, & Rex hominum ac Deorum dici poterat? Sed nō

Cœlum hominum

Mythologiarum.

hominum sermones tantum, ac Deorum etiam ipsorum sententias de Ioue
consideremus, hunc vel a Mercurio ipse fixit Plautus in proemio Amphibi-
tryonis mortalem appellari his verbis;

Mirari non est quom sibi si prætimet,
Atque ego quoque & qui Iouis sum filius
Contagione meæ matris mecum malum.
Etenim ille quoius hue iudicu venio
Iupiter, non minus quam nostrum quinis formidat malum,
Humana matre natus, humano patre.

- 10 Quare si ipse natus est, ut exter homines, & mortuus, & a mortalibus origi-
nem duxit, quo pacto sempiternus esse potuit? siquidem omnia quæ nascun-
tur aliquando interire necesse est. At quo pacto Iupiter dictus est sempiter-
nus? quia, ut dicetur cum de illo tractabimus, cum gloriaz cupidus maxime
fuerit, templaque sibi extrui ubique studuerit, fecit vulgaris opinio illorum,
qui magistratus & imperia admirantur, ut summus Deus putaretur; quare
pollea nunc vim fatorum, nunc prouidentiam Dei, nunc Deum ipsum, quæ
mundi animam appellantur nonnulli, nunc æthera, Iouem nuncuparunt, quæ
cum sempiterna sunt, Iouem etiam putarunt sempiternum. sic, ubi pro vi di-
uina per aquas diffusa, Neptunus intelligitur, dicitur sempiternus. pro
20 Vulcano ignis, pro Venere naturalis procreandi libido, pro Cerere terra fer-
citas. Nam si hoc pacto Diæ antiquorum accipiuntur, erunt sempiterni:
ex illorum sententia, qui mundum, eiusque elementa sempiterna putarunt.
sic eorum genealogiam inuestigemus, omnes fuerunt mortales, & ab hominib-
us procreati, ut patebit postea. At qui absurdum fuit hominum nominibus
res sempiternas appellare, diuinæque prouidentiaz splendorem sub his huma-
nis velare integumentis; quippe cum minime conueniat res admirabiles ho-
rum profanorum nominum colluione inquinare. At quia viderent sapien-
tes animos multitudinis apertis rationibus ad eruditionem non posse addu-
ci, horum figurorum suavitate illos ad se allegerunt, quæ sola causa fuit,
30 cur tota postea fabulæ sint inuentæ.

De sacrificijs supererum Deorum. Cap. X.

VT autem pateat elementorum, rerumque naturalium virtutes, & vires de-
monum eorum, qui in iis inhabitarent, qui Diæ a multitudine impe-
ratorum fuerunt existimati, nominibus vocatas sufficie a sapientibus,
non erit absurdum si genera sacrificiorum Diis singulis attributorum bre-
uiter explicauerit: quippe cum multa fatorum genera fuerint ab antiquis
pro singulorum Deorum natura instituta, & victimæ varie, & varia suffimē-
torum ratio, & non idem habitus sacrificantium. Neq; enim omnibus mo-
læ offerebantur, neq; omnibus accendebantur lumina, neque sacra siebant
semper super sublimibus aris, neq; semper per diæ. Diuersa denique pro sin-
gularum nationum more, pro varietate temporum, pro creditorum Deorum
natura, sacrificia ubique offerebatur; quodd alia cœlestibus, alia terrestribus,
alia aquaticis, alia Diis inferis conueniebant, quorum alia priuatim, alia
siebant publicè. Primum igitur omnium scire conuenit non solum in anima-
libus, aut in plantis, ad vices, bonitatemque singulorum plurimum conferre
ciborum vim, serisque temperiem, sed etiam in illis demonibus, quibus plenū
esse